

iudex Loisius de Angelis

36

Basilicata University Press

—

Digital Humanities

Edizioni e data-bases digitali
sotto la direzione di Fulvio Delle Donne

iudex Loisius de Angelis

36

1471-01-25

† In nomine Domini nostri Iesu Christi amen.
 Anno a nativitate eiusdem millesimo [quadricentesimo]
 septuagesimo primo. Regnante... Ferdinando Dei gratia
 Sicilie, Ierusalem ××× regnorum... eius in hoc
 regno Sicilie anno tertidecimo, mense Ia[nuarii, die]
 vicesimoquinto eiusdem, quarte indictionis, Matere.

Nos Loysius Thomasii Nicolai ××× de Angelo reginalis
 ad contractus iudex, Eustasius Donati de Leone,
 de eadem civitate Matere, publicus ubilibet per
 totum regnum Sicilie citra farum regia auctoritate
 notarius, dompus Antonius iudicis Petri ×××*Marcii*,
 dompnus Ciccus Antonelli de Gravina, Antonellus de
 Marco et Thomasius de la Bruna, testes... de eadem
 civitate,... fatemur... quod... constitutis Pulisena,... filia
 naturali quondam notarii Iohannucii de Birardo, de
 Matera... et dompno Vito Dominici de Scalzone, de
 eadem civitate,... prefata Pulisena... asseruit... habere...
 medietatem unius domus seu taberne cum medietate
 platee et cum medietate unius fovee ante ipsam
 domum comuniter et pro indiviso cum alia medietate
 dicte domus seu taberne et medietate platee et
 fovee cum presbiteris capituli ecclesie sancti Petri de
 Sasso Cavigoso et... habere... integre domum aliam
 imbricibus copertam a parte superiori supra ××× versus
 Gravilionem seu cursum aquarum, sitas... intus Sassum
 Cavigosum civitatis Matere, in pictagio ecclesie sancti
 Clementis iuxta Gravilionem ××× puplicam, iuxta ×××
 Andree de Spinacziola;... et placebat eidem... dictam
 medietatem domus seu taberne, cum medietate ×××
 imbricibus copertam supra ipsam tabernam... vendere...
 [Qua propter],... cum consensu et auctoritate Angeli
 Andree de Spinacziola, de Matera, sui mundualdi electi

et petiti per eam datique sibi per nos iudicem et notarium ac per ××× regie baiulationis civitatis Matere presentis anni quarte indictionis et eius curiam // confirmati, in defectu sui legitimi mundualdi, quo carere se dixit ad presens... vendidit... prenominato dompno Vito... supradictam medietatem domus seu taberne,... nec non supradictam domum... pretio unciarum novem et tarenorum quindecim...

Quod scripsi ego prefatus Eustasius... notarius... † Ego Loysius Thomasii Nicolai de Angelis, reginalis qui supra ad contractus iudex predicta fateor et me subscripsi † Ego donnus Ciccus Antonelli de Gravina qui supra testis testor † Ego dompnus Antonius iudicis Petri Marcii qui supra testis testor † Ego Antonellus de Marco qui supra testis testor † Ego dominus Donatus de Pitrello qui supra testis testor † Signum crucis proprie manus mei Thomasii de la Bruca qui supra testis illicteratus scribere nescientis